



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

v. De Voto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

a c. licet uobis. de præben. tiones non percipiet^a. Vtque omnia suo iure facilius procedere possint, cōstitutum est ex concilio Lateranensi, vt cūm Ecclesia, vel Ecclesiasticum ministerium conferendum est, talis ad hoc persona quærat, quæ residere in loco, & curam eius per se ipsam valeat exercere: nisi &, qui acceperit, acceptum amittere, &, qui contulerit, conferendi potestate deinceps priuari velit^b.

b c. quia nonnulli.

Relaxantur tamen interdum ex iustis causis, & remittuntur suprâ statuta, & conceditur interdum clerico à suis beneficijs abesse: nam & studiorum rei literariæ honesta est causa, quibus vt clerici imbuti meliores vtilioresq; fiant, conceditur, vt dum in illis versantur, beneficiorum suorum fructus nihilo minùs consequantur, dum tamen se ad honesta gymnasia, non ad villas, aut minuta castra studiorum causa transtulerint^c.

c c. tuæ fratemitatis.

Item pro Ecclesiæ suæ iuribus tuendis, & conseruandis abesse quis potest, etsi p̄motio nis tēpore iurasset in eâ reside-
d c. ex parte tua fuit propositum. re^d. Familiares quoq; summi Pōtificis, dum in eis obsequijs sunt, etsi in Ecclesijs suis non resideant, fructus licitè percipient^e: nec oberit eis constitutio contraria ex ea synodo profecta: distributiones autem Canonicas non percipient.

e c. cū dilectus filius.

Quod & de Canonici obse-

quijs Episcopi sui addictis est accipiendum, mōdò plures nō sint, quàm Capituli sui vsus, & necessitas patiatur^f.

f c. ad audientiam nostrā. ubi Ab.

Si tamē Ecclesiam debitis ministrorum officijs carere appareat, & ex hoc damnum ferre, dū plures ex ea priuilegijs innitentes eam deserunt, poterunt tunc fructibus subductis, vt revertantur, compelli.

Clericus autem valetudine aduersa impediens, ne possit munera sua obire, beneficij sui fructus nihilo minùs consequetur, & distributiones Canonicas, & omnia, quæ sano ministerium suum præstanti darentur^g.

g c. i. d. cleri. ægro.

h c. uni de cler. non resi. in 6.

DEVOTO,

TITVLVS V.

Votū est alicuius boni operis cum deliberatione Deo facta promissio, vt beatus Thomas censuitⁱ: seu, vt alij, est propositi super erogantis promissio Deo facta propter bonū finem ex deliberatione firmata^k. Est enim sciendum, non idcirco adstringi aliquē voto, quòd tantū animo conceperit, se aliquam operam Deo acceptam operaturum, nisi etiam id firmo certoq; animo stabilierit: quare etsi quis, cūm animo agitaret de religionis habitu suscipiendo, verba huius sententiæ edidisset, Non diu hīc comora-

i habes in ap. ad Abb. in Rub. co.

k Summa Angel.

mora-

morabor, voti reus nõ propter ea est censendus^a: tunc enim duntaxat initiatum est votum, nondum autem confirmatum. At si deliberatio matura præcessisset, dehinc in ea fixus persistisset, tunc vtique etiam confirmatum dici posset. Cùm verò præterea etiam verba profert, quibùs fixam animi sui deliberationem aperit, consummatum iã deinceps votũ dicitur^b.

Haftenus tamẽ, nisi vlteriùs sit processum, simplex adhuc erit, nondum autem solenne: nã quãdiu ad aliquam solennitatem ventum non sit, qua voti executio initium accipiat, simplex appellatur: sed cùm executioni ipsius per solennitates aliquas ei rei necessarias initium datur, tunc iam solenne effectũ dici potest, veluti si quis vouerit, se religionem probatam ingressurum, susceperitque sacra vestem, quæ professorum propria est: vel si expressè in manibus prælati religionem & regulam professus sit, vel sacros ordines acceperit, qui eis se deuouerat. His & similibus modis solenne effectum dicitur, ante verò quàm ad huius generis solennitates ventum sit, quamvis expressa pollicitatio clarè pronuntiata sit, simplex appellatur: quod tamẽ votum simplex non minùs Deo obligat, quàm solenne: etsi in alijs differant, veluti quòd votum solenne nõ

A solùm matrimonium contrahi impedit, sed etiam contractum dirimit. Quam vim simplex votum non habet: contrahendum enim duntaxat impedire solet^c.

II.

DE REBUS CLERICORUM.

Haftenus de Personis, id est, de ordinibus clericorũ, & quæ personæ, aut à quibus, vel quibus temporibus ad ordines admitti possint, item de Prælatiis, & eorum officijs disseruisse sufficiat: nunc ad secundam partem propositæ diuisionis transeamus, id est, ad dicendum de rebus ipsorum clericorum, & initium sumamus à titulo de Præbendis.

DE PRÆBENDIS,

TITVLVS VI.

Provident sacri Canones, vt qui ministerijs Ecclesiæ se deuouerunt, in eisquẽ assidui sunt, his etiam ab ipsõ Ecclesijs opes suppeditentur, quibus se dignè & honestè sustentare possint^d: ne, si eos presserit inopia, necessitate urgente cogantur vel à diuino famulatu recedere, & ad alia officia, vel negotia, vnde victum sperare possint, se transferre: vel saltem simul Deo ac mundo equè operam suã locare: quod quàm dif-

Hh

c e. rursus. ubi gl. mag. qui cler. uel uen. & c. uni. cod. tit. in 6.

d e. cùm secundum Apostolum de præben.

a e. z. cod. tit.

b Ab. i. c. 2.